Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



95

seruiens frī. quam anachorita qui non miserebitur proximo suo.
Insipiens monachus neglegit instrumenta artis suae. sapiens
autem curam habebit illorum. Ne dixeris hodie maneo. et cras exibo.
quia non in sapientia cogitasti hoc ipsum. Cui curiosus monachus
meditabitur sermones falsos. propterea autem nullificabitur parte.
Qui exornat uestimenta et implet uentrem suum. hic pascit co
gitationes turpes. et cum sanctis consilium non habebit.
Si conuersus fuerit mulier. non proximabitur mulieribus. et non morabe
ris sermocinare cum eis. Quem admodum enim si quis gluciat mel.
sic adtrahitur anima tua. Longanimis monachus impassibi
liter gaudebit. qui autem exacerbat fratres suos odibilis erit.
Mansuetum monachum diligit dominus. turbulentum autem repellit
a se. piger monachus murmurabit multum. et somnicolosus
dolorem capitis fingit. Si contristatus fuerit frater tuus. conso
lare illum. et si dolet consolare eum. Hoc enim faciens letificabis
cor eius. et thesaurum magnum cumulabis in celis. Monachus
qui dissimulat custodire sermones patris sui blasphemantem
canos genitoris sui. et derogabit uitae filiorum eius. dominus adnulla
bit eum. Qui occasionem quaerit separare se a fratribus. patrem suum
incusabit. Ne dederis adtentum sermonibus quos sit contra patrem tuum.
et non suscitetis animam inhonorantis illum. ut non dominus irascatur
in operibus tuis. et deleat nomen tuum de libro uitae. Qui obedit pater
monasterii. diligit semetipsum. qui autem contradicit ei incidit
in mala. Beatus monachus qui custodit praecepta domini. et sicut qui
seruat sermones patrum suorum. Piger monachus multa de
trimenta patietur. si autem praesumpserit in audacia et habitum suum
adiciet praeter. Qui custodit linguam dirigit uias suas. et qui
seruat cor suum implebitur scientia. monachus bilinguis